



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Nicolavs Tolent. C. 10. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

EPI.
ant, &
asse
rones
ntur,
s puer
a divi
I me
n por-
o suo
e cùm
sti tu-
itens
i eslet
rum
uit, &
os mi-
videt.

mbri-
v10,
egit in
achus,
is sive
s, bis
ham-
tem-
natus
quasi-
mor-
cùm
vivere
cœpit.
Heu!

10. SEPT. *Vite Sanctorum.* 495
Heu! eheu! ubi hominum & Cælitum
fidem! ubi sum? imò eheu! ubi fui?
unde, ah! excidi? felix mors, quæ vi-
vere me feceras? infelix nimium vita,
quæ mori iterum me cogis! Iuvat, ô
juvat iterum mori! Narrat deinde à
morte ad beatas delicias abductum se
inter Angelorum & Divorum comita-
tum, jami ambrosiam gustasse, jam
nectar illud libasse; sed quod opera
ejus porrò terris necessaria diceretur,
ad vitam iterum damnatum esse. Et
nimirum ex ergastulo suo ad Pontifi-
catum Albigensem extractus pauperi-
bus patrem, captivis vindicem se liber-
tatis præbuit. Vaticiniis insuper clarus
Regiis ædibus quandoque nudum gla-
dium imminere conspexit, qui gemi-
nos Regis filios intra vicesimum diem
sustulit. Quod tamen mortuum se cre-
deret, quamdiu vivebat, sui funeris ipse
vates & vespillo tumulo se composuit
& bis victor cælo subiit, viæ utique,
quam nuper iverat, minimè jam igna-
rus. Ex Greg. Turon.

S. NICOLAVS TOLENT.C.

10. Septembri.

Septennis NICOLAVS solenne
deinceps habuit tres in hebdomade
dies, interquæ eos illum etiam, quem
VIRGINI dicamus, pane cibario
& fontanâ victitare. In Canonicorum
deinde Collegium ascitus, cùm illa pro-

II 4 CON-

496 *Vita Sanctorum.* 10. SEPT.

conacione D. Ioannis audisset (*Nolit
diligere mundum, neq; ea, que in mundo
sunt*) quasi uni illi dictum esset, exemplo ad eos Anachoretas abiit, qui D. Augustinum emulantur. Ibi facile ostendit, quam mundum mundique omnia odisset. Sacerdos ubi primum litare cœpit, è piacularibus flammis umbra adfuit, abduxitque ad immania tormentorum ergastula. Ibi simul hæc simul sociæ umbræ omnes patronum sibi N I C O L A V M legerunt; pro quibus cum ille ad aram aliquoties dixisset, partem longè maximam à suppliciis absolvit. Sub hæc cum eum cognatis unus aliquis à Religionis amore abducere & mundo iterum conciliare pessimè conciliatus adiuteretur, surdum scilicet reperit. At faciles aures invenerunt è cælo vates, qui obiturum feliciter N I C O L A V M Tolentini cecinerunt. Èò enim oxyüs abiit, stellæ duce, quæ ibi demum constitit, ubi tumultatus postea fuit. Morituro jamjam Christus cum Matre & D. Augustino obvius venit, cum Tex ante mortem mensibus quotidie sub noctem Angelorum concentus audisset, manifesto indicio, quam non longè à cælo absens.

Ex Sur.

SS. ME-